



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

In Stirpes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

habet plenariam indulgentiam, ut patet ex literis Inno. IIII. & etiā si in diēto officio moritur. Alia quae potest inquisitor, vide in Direct. Hęc enim pauca posui quasi quoddam summariū. Qui plura voluerit scire, directorium videat inquisitorum.

INSENSIBILITAS.

In sensibilitas secundum Caieta. suprā, peccatum est, quod committitur, quod sine rationabili causa quis in tantum abhorret, & fugit delectationes sensibiles, quod propter hoc nō vult comedere, non vult se vestire ut decet, subtrahit debitū coniugale uxori, & alia necessaria ad propriam vitā, vel debita proximo neglit: & tunc est mortale peccatum, quamuis in paucis hoc peccatum reperiatur. Qui vero secundum virtutem temperantiz ab huiusmodi abstineat, insensibilis non dicuntur. Thom. secunda secund. d. q. 142.

INSTIRPES.

In stripes, vel in capita succedere quid sit, vide authent. de hæret. ab intest. col. 9. Hęc enim parum confessi profunt.

INTENTIO.

¹ INTENTIO bona non sufficit ad bonum opus, ut cùm quis furatur vt det pauperibus, quia intentio bona est, opus autem malum. Tho. 2. sent. d. 38. a. 5. Sed bona voluntas sufficit ad bonum opus, quia bona voluntas

habet intentionem, & bonum obiectum: sed tamen voluntas sine opere, quando adest facultas operandi, non sufficit ad meritum: nec verē est voluntas, sed velleitas. Si non adest facultas, sufficit ad meritum essentiale, quod totum à voluntate informata charitate est: non autem ad premium accidētale, secundum Tho. prima secund. q. 20. a. 5. & 2. sent. d. 40. a. 3. Mala autē voluntas, & intentio, sufficit ad malum, etiam sine opere.

² E F F E C T U S sequens actum voluntatis si est intentus, addit ad bonitatem, vel malitiam eius, ut ebrietas sequens potationem vini: si autem non est intentus, nec præcogitatus, si sequitur

de necessitate naturae, aut in pluribus, etiam ardit, si autem vt in paucioribus, & per accidens, non addit. Non enim datur iudicium de re aliqua, secundum illud, quod est per accidens. Thom. prima secundæ, q. 20. a. 5. sed secundum illud, quod est per se, vel ut in pluribus, quia quasi determinata sunt.

³ T R I B U S modis opera humana possunt cum intentione applicari alteri, vel quando duo sunt in charitate, unus pro alio potest satisfacere applicando illi opera sua: quia sic se habent sicut membra unius corporis, quorum unum pro alio satisfacit, vel quando prelatus etiam non existens in charitate applicat opera bona suorum subditorum existentium in gratia, alijs in gratia existentibus, vel per modum indulgentie, ut suprā, Indulgentia. §. 9.

⁴ O M N I S operatio procedens ab intentione humana deliberata, si est ordinata, & facta ab existenti in gratia, est meritoria, alijs non est meritoria, licet sit bona. ex Thom. prima secundæ, quest. 18. a. 8. vt sunt opera virtutum moralium, & huiusmodi. Est tamen aliqua operatio, quae non semper est meritoria, vel demeritoria. vt morale opus factum ab eo, qui sine gratia est, est enim bonum, sed non meritorium.

INTERDICTVM.

¹ INTERDICTVM est censura ecclesiastica. c. querenti. de ver. signi. & nō debet inferri nisi motione premissa. c. reprehensibilis. de appell. Debet tamen in scriptis fieri cum expressione causæ rationabilis. ca. medicinalis. eod. libr. 9. Non suspenditur per sequentem appellationem. cap. ad hęc. de appell. Caufat etiam irregularitatem per celebrationem, sicut excommunicationis. ca. is cui. de sent. excom. li. 6. Huius quoque absolutio fit mediante iuramento de parendo, &c. c. venerabilis. de sent. excō. Ligat etiam iniuriam, dummodo non sit nullum. n. q. 3. c. sententia. Impedit insuper electionem actiue, & passiuē, c. cùm dilectus,

y 2. etus,

